

am, quæ longa vetustate competentes dominos amissit. Thesaurus Persis dicitur *Gaza*, Germanis ut supra dictum *ein Schatz*/ circa hoc autem vocabulum id habemus monere, quod sc. in Lib. I. **Land - Recht** art. 31. in pr. aliter sit accipiendum & ad venas tantum metallicas explicandum, quam explicationem Elector Augustus in Nov. Const. 53. p. 2. probat, in qua hæc verba legere licet: **Dieweil aber unsere Verordnete dahin geschlossen/ daß solche correction der gemeinen Rechten nicht zu zugeben/ bevorab weil der Text von allen Schätzen/ so unter der Erden/ nicht von den thesauris reconditis, sondern von dem Bergwerk und Erz zu verstehen ic.**

Th. 22.

Requirit Paulus ad constituendum thesaurum in sua definitione *depositionem pecuniae*, cuius non exstat memoria, & in his verbis tota consistit thesauri forma. Vox autem pecuniae in dicta *de fin.* occurrens varie accipitur: 1. Pro omnibus rebus, & sic in lata significatione, l. 5. pr. l. 178. pr. l. 222. *de V. S.* 2. Stricte, pro rebus fungilibus, l. 2. pr. & §. 1. C. *de Const. pec.* 3. Strictissime pro pecunia numerata seu nummo signato. Hic accipitur pro rebus mobilibus caris atque pretiosis.

Th.